



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 23. Didacius de Jepes mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. scopus forma extitit non modo gregis,  
 A. C. 1613. sed & Pastoris omnibus numeris abso-  
 luti. Erat vir in studiis indefessus, in  
 procuranda Dei gloria, Religionis in-  
 cremento & animarum salute longe stu-  
 diosissimus. In literis vero Sacris pro-  
 fundissimam, quam hauserat, cogni-  
 tionem ipsemet quoque luculenter suis  
 ingenii fætibus prodidit, quos duplici  
 volumine emisit, *de Simonia fiduciaria,*  
*de Sacerdotum Residentia in eorum Eccle-*  
*siis ex diplomate Sixti V. de Sacellis, su-*  
*neribus & piis foundationibus, de juramen-*  
*tis & Blasphemiis, de celebratione Matri-*  
*monii, de Medici erga ægros officiis præ-*  
 ter plura alia opuscula prorsus utilia.  
 Rexerat Ecclesiam suam annis omnino  
 quatuor supra triginta, pastorali suæ  
 curæ duntaxat exiguam diæcesis par-  
 tem reservans, eoquod ea adhucdum  
 hæresum vepribus vel maxime horre-  
 ret. Tandem dierum, meritorumque  
 plenus anno ætatis suæ septuagesimo  
 sexto in villa quadam prope Lugdunum  
 pie in Domino obiit.

## §. XXIII.

*Didacus de Jepes mortuus.*

Huic adjungimus Didacum de Jepes  
 in Hispania natum, qui Ordinem  
 S. Hieronymi ingressus, ob vitæ auste-  
 ritatem

ritatem, & scientiæ eminentiam tantum sibi nomen conciliabat, ut non modo Philippo II. Hispaniarum Regi a confessionibus esse mereretur, sed etiam Taraconensis Ecclesiæ Episcopatus præficeretur. Tandem vero non sine san-  
 Sæc. XVII.  
 A. C. 1613.

ctitatis opinione anno ætatis suæ octogesimo tertio decessit. Reliquit posteris præter alia ingenii sui monumenta relationem de obitu Philippi II. Regis, necnon Historiam particularem de persecutione Anglica ab anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo. Descripsit quoque vitam S. Theresiæ, cujus olim conscientiam moderabatur, ac insigne operum hujus Sanctæ elogium in tertii libri capite decimo octavo concinnabat.

## §. XXIV.

*Celebriores Scriptores Ecclesiastici ex Ordine S. Dominici.*

Nec deerant Sacro Ordini FF. Prædicatorum Scriptores Ecclesiastici, qui ingens de se desiderium reliquerant. Hos inter primus erat Gregorius Lombardellius Etruscus, patria Senensis, qui variis apud suos dignitatibus non sine laude defunctus, Senis die vigesima prima Maji obiit. Hic in perscrutandis, conscribendisque historiis

*Echard  
 Script. FF.  
 Præd. t. 2.*